Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Legenda Aurea - Cod. Aug. perg. 256

Jacobus <de Voragine>

[S.l.], [14. Jahrh.]

De sancto Gorgonio et Dorotheo

urn:nbn:de:bsz:31-66161

Visual Library

cum tradere rogavit ministros ut
ab eo inciperent. Ab illis qui ab eo pe-
dibus cruribus confractis rogavit eum
natalia ut manum sibi abscidi permit-
teret quatenus aliis sanctis qui plura
passi fuerant compar esset. Quo facto adri-
anus spiritum reddidit. ceterique ultimo
pedes protendentes ad dominum migra-
verunt. Rex autem eorum corpora cremari
mandavit. Natalia manum adriani
in sinu suo abscondit. Cum autem cor-
pora sanctorum in ignem precipitarentur vo-
luit et natalia se cum eis in ignem pre-
cipitare. Sed subito vehementissimus
simul ymber irrupit et ignem extin-
guens corpora sanctorum illesa servavit. Christi-
ani vero consilio inito corpora eorum consta-
tinopolim transferri fecerunt quousque
pace ecclesie reddita cum honore tunc
referrentur. Passi sunt circa annum domini
cc.lxxx. Natalia vero domi rema-
nens manum sancti adriani secum retinuit
et in solatium vite sue semper ad cap-
ut lectuli sui tenebat. Post hec tribu-
nus videns nataliam tam pul-
chram tam divitem et nobilem
de voluntate imperatoris hones-
tas matronas ad eam misit ut in
suum coniugium consentiret. Quibus
natalia respondit. Quis michi prestare
potest ut coniungerer tali viro. Sed
peto ut trium dierum michi detur
inducias ut me valeam preparare. Hoc
autem dicebat ut inde fugere posset. Cum
dominum exoraret ut se intactam
conservaret subito obdormivit. Et
ecce unus martirum ei apparuit et
eam dulciter consolans iussit ut ad lo-
ctur cum in quo corpora martirum veni-
rent properaret. Evigilans igitur et ma-
nu adriani solum accipiens cum multis
militibus eam per navigium insequutus est.
Consurgens autem ventus contrarius
multos eorum sub undis reduxit eos a pu-
lu. Media autem nocte dyabolus in
specie naucleri cum navi fantastica hiis
qui erant cum natalia apparuit et quasi
voce naucleri ait eis. Unde venitis
aut quo pergitis. Et illi. De nycomedia
venimus et constantinopolim pergi-
mus. Quibus ille ait. Erratis ad sinistram
pergite et rectius navigetis. Hoc autem
dicebat ut eos in pelagus mittens peri-
ret. Cum autem vela mutarent subito a-
drianus in navicula sedens eisdem ap-
paruit et eos navigare sicut prius ceperant
admonuit asserens malignum spiritum
fuisse qui eis locutus fuerat. Ponensque
se ante eos precedebat illos et viam
eis ostendebat. Natalia vero adrianum
precedere videns immenso gaudio repleta
est. Sicque ante lucem constantino-
polim advenerunt. Cum autem natali-
a in domum ubi erant corpora martirum in-
trasset et manum adriani ad corpus po-
suisset et post orationem dormitasset
adrianus ei apparuit et salutans eam
ut in eternam pacem secum veniret precepit.
Que cum evigilasset et somnium nuntiasset
cunctis retulisset valefaciens omnibus
emisit spiritum. Fideles autem corpus eius
accipientes iuxta corpora martirum
illud posuerunt. De sanctis Gorgonio et Dorotheo

Gorgonius et dorotheus apud
nicomediam primi in palatio
dyocletiani augusti militie ter-
minum tenuerunt ubi vulgo regem suum
sequuntur et christianos se voce libera
confitentur. Quod cesar graviter ferens plu-
rimum anxiebatur rege ferens p

per tales uiros quos iuxta palacium ui
tos mox et genus nobilitas deco
rabat. Cum igitur nec minis nec blan
diciis mouerentur, iaculeo distendun
tur et flagellis et ungulis toto corpore
lacerati aceto et sale nudatis pene
eorum uisceribus perfunduntur. Et cum hec ala
criter tollerarent, in craticula assantur
ut quasi in lecto florum uidebantur iacere ne
chulque lesionis sentire. Deinde in ecu
leario suspenduntur et corpora lupis
et canibus deponuntur, sed cum integra
a fidelibus colliguntur. passi sunt circa an
num domini. d. cc. lxxx. Post multos an
nos corpus sancti Gorgonii translatum est an
no autem d. cc. lxiiii. Episcopus metensis
nepos pipini regis ipsos ad galli
as transtulit et in gorgoniensi mo ꝑ3.
nastio collocauit. **Protho et iacincto.**

Protus et iacinctus
P fuit domicelli et in studio p
phie socii eugenie filie philippi
nobilissimi romanorum gente qui
quidem philippus a senatu prefecturam
alexandrie acceperat et illuc clau
diam uxorem suam et filios auitum
et sergium filiam quoque eugeniam
omnibus liberalibus artibus et licteris
erat perfectam. protus quoque et iacinctus secum
studerent et ad perfectionem omnium scien
tiarum deuenerunt. Eugenia igitur. xv.
etatis sue anno ab aquilino aqui
lini consulis filio petitur uxor. Cui
illa maritum non natalibus sed moribus esse
eligendus perueniat quod ad manus eius
doctrina pauli et cepit animo fieri christia
na. Per multum erat christianis tunc uixe alex
andriam habitare. Dum illa quasi solacian
do pergeret ad uillam transiens audiuit
xpianos cantantes. Omnes dii gen
tium demonia, dominus autem celos fecit.
Tunc dixit ad pueros prothum et iacinc
tum qui secum studuerant. philosophorum sillogismo
scrupuloso studio transegimus aristo
tilica argumenta et platonis ydeas et
socratis monita et breuiter quicquid
cantat poeta quicquid orator et quicquid
phs excogitat, hac sententia excludun
tur. Dominatu me usurpata potestas sororem
uero sapientia fecit. Simul quoque fratres et xpistum
sequamur. Placet consilium et assumpto ha
bitu uiri ad monasterium eius in quo ei clausus p
erat deuenit qui nulla ad se feminam ue
nire sinebat. Cui cum quidam mox cum he
reo disputans cum in argumentis fie
ri posset magnum ignem accendi fecit
ut ille qui combureretur ueram fidem habere
probaretur. Quod cum factum esset pre ignem
et illesus exiuit. hereticus autem intrare
nollet ab hominibus expulsus est. Ad hunc
quoque cum accessissent et se uirum diceret ille
ait. Recte uir diceris quia cum sis femi
na uiriliter agis. Nam sexus eius eo dicto adeo
reuelatum fuit. ab eo quoque cum protho et
iacincto monasticum habitum suscepit
et se fratrem eugenium ab omnibus appel
lari fecit. Pater autem eius et mater uiden
tes currum eugenie domum uacuum re
disse mitentes undique filiam inquiri
fecerunt. sed minime inueniri potuit.
Interrogant uates quid de filia factum
sit. Cui respondent eam a diis inter astra
translatam. quare pater ymaginem filie
fecit et ipsam ab omnibus adorari man
dauit. Ipsa uero cum sociis indeficienter
per uigiliis et orationibus proposito ipsa pro
ficit. ¶ Erat tunc alexandrie ma
trona quedam diues et nobilis melan
cia nomine quam sancta eugenia oleo pun
gens quartana liberauit in nomine ihu